

**PIIS MANIBUS**  
**VIRI**  
**PRÆNOBILISSIMI, AMPLISSIMI**  
**ET EXCELLENTISSIMI,**  
**DOMINI**  
**M. MICHAELIS**

**Sehrte/**

Professoris Græcæ Lingvæ Ordin. in hac  
Academia Celeberrimi,

**COLLEGÆ SUI DESIDERATISSIMI,**

Anno MDCCXXI. d. XIV. Junii placide de-  
functi, & XXI. ejusdem domitorio suo in  
Cryptis Professorum concrediti,

Sequentia

*Consecrare voluerunt*

**PROFESSORES ACADEM. REGIOMONTANÆ**  
**INTUS NOMINATI.**

**REGIOMONTE, LITTERIS REUSNERIANIS.**

20.

**D** Extrè' qui docuit Studiosos Græca PROFESSOR  
Nunc abiit, Cœlis Angelico ore loqui.  
Fama tamen meritas laudes postfata loquetur  
Quod doctum haud patitur Musa perire Virum.

*lug. scrib.*

David. Stavinski, U. J. D.  
& P. Ord. Tert. p. t. Decanus.

**Q** Vali terrestris niteat fulgore Sophia,  
Exemplò monstas hoc Nicodeme tuò \* \* *Obiit Vir piè de-*  
Tu quoque Gerkiade, nostri pars inelyta Pindi, *functus circa*  
Illud monstasti voce manuque tuà: *fest. S. Trinit.*  
Ergo terrestri missa Vos ambo Sophià,  
Nunc Sophiæ Sacræ scanditis ambo domus.

*condol. scrips.*

Melch. Phil. Hartmanni  
Med. Doct. & Prof. Ord. Tert.

**M** Ens è mortali erumpens carcere Justi,  
Gestiet ad superas ire soluta domos!  
Sic, Collega, Tuum, qui corpus in orbe reliquit,  
Cœlestes abiit spiritus iste vias.  
Est DEUS insperæ moderator providus Aura,  
Hujus ad imperium mors cita grata piis:  
Hic TIBI disposuit, properatæ tempora mortis;  
Hinc ea quæ vitam, sustulit hora, Tulit.

*l. m. g., adjecit.*

Christiannus Ludovicus Charisius, D.  
Med. Prof. Ordin. Quart. & Facult. Medic.  
p. t. Decanus.


**M** Avis cum Paulo fatales spernere leges,  
Vel medio vitæ tempore prompte mori.  
Mens cognata DEO non novit amore caduca.  
Hæc nunc exsatiæ gaudia magna Poli!

*lug. scrib.*

Johannes Behm, D.  
S. Theol. & Græc. Ling. P. P.

Pol. 8. III. 676 / 1871

Vita



**V**ita brevis concessa Tibi fuit, Optime Gehrki,  
Transibat subito more fluentis aquæ:  
Longa tamen series meritorum, longa laborum  
Prolixas laudes narrat ubique Tuas

Christophorus Sanghanseni D.

**J**am eheu moritur  
quem, si de robusta corporis constitutione judicandum,  
ad seram ætatem perventurum esse,  
quavis credebat.

Moritur  
nec suæ virtutis nec doctrinæ relinquit hæredem  
quod simillimum sibi Formare non poterat,  
Non enim omnia possumus omnes.

Moritur.  
**MICHAEL GEHRKE,**

Artium Magister & Ling. Gr. Prof. P. Ord. Celeberr.

Num putas, quod ad Elysijs forte campos,  
ut ex Hesiodi, Homeri, Pindarique ore Græcas addiscat literas  
discefferit?

Num credis, quod Isocratis Demosthenisque  
jam manu ductioni se commisserit?

Erras.

Ad DEum  
qui a & o.

in S. Codice audit, abiit.

Hunc dum jam intuetur  
dum ejus essentiam plene cognoscit  
scit omnia

qui hominum mere parum sciebat.

Jam irridet homines.

De Attico, Rhodio & Laconico dicendi scribendique genere  
multum nugantes,

plura scit Vir inbeatorum ordinem receptus,  
jamque divinorum mysteriorum librum pervolvens,  
dum quæ hic extant, plene intelligit,  
hominibus acclamat:

Hæc Græca sunt  
et a Vobis adhuc dum viventibus nec legi nec intelligi possunt.

Lætare igitur inter beatas mentes Vir beate!  
tu jam Græcus es  
homines e quorum coetu creptus ut ut omnes barbari,  
Græca tamen mercantur fide  
nil prope agunt  
quam ut Græcentur.  
O Te beatum qui ad beatorum venisti Tempe.  
Sit Tibi terra levis,

*Optimi Collegæ obitum ita ex  
animo luget*

Jo. Jac. Rohde,  
Phil. Prim. & Ration, Prof. Ord.

**P**ansophiæ multas docuisti, Pansophe, partes,  
Vivus; morte doces: posse beate mori.

*Memoriæ B. Dn. Professoris meritiſſime ſcribebas*

Christianus Gabriel Fischer/  
Prof. Phyſ. Extraord.

**Q**uam ſcateat multis noſtra omnis vita ruinis,  
Exitiumque homini quælibet hora paret,  
GEHRKIUS, heu! vegetus moriens & robore firmo,  
Exemplo certo comprobatur ipſe ſuo.

*Hæc condol. ſcrib.*

M. Henricus Oelmannus,  
Phil. Prof. Publ.

**S**ancta eſt, quam docuit dum vixit, lingua, Profeſſor:  
Sed, quam nunc loquitur, non capit ullus homo,

*lugens ſcripſit*

Johannes Adamus Gregorovius,  
Phil. & J. U. D. P. P. Juris Nat. & Gent.

**G**EHRKIVS abſolvit tempus, finemque labori  
Jam dedit: *aſſictos* erigat ipſe DEUS!

*συντάξων ſcrib.*

Abr. Wolfius, P. P.

**D**efunctos alii ſexcentis verſibus ornent,  
GEHRKIVS hoc vno plus celebratus erit:  
Qui Græcas artesque ſagax linguasque profeſſus,  
Non unquam Græca vir fuit ille fide.

*In optimam Beati memoriæ lug. poſ.*

Ge. Henricus Raſtius,

A. M. Math. Prof. Extr. & Soc. Berol.  
Scient. Collega.